



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 3. De peccatis Advocatorum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**



## Articulus Tertius.

*De Peccatis Advocatorum.*

1. **P**Eccant tam contra Juramentum quam contra justitiam gravissime qui causas omnino improbables sustinet, & qui tales quærunt processus & ad hos clientes instigant.
2. Qui omnino in justas causas defendunt, vel si aliquam speciem probabilitatis habeant, eloquentiæ lenociniis & meris fallaciis ita vestiunt ut non nunquam justa causa periclitetur immo omnino succumbat.
3. Peccant qui injustitiam causæ deprehendentes nihilominus illam prosequuntur.
4. Qui lites & causas suis astutiis protrahunt, quæ brevi tempore poterant finire & hoc ut lucra sua augeant.
5. Qui sua negligentia vel ignorantia sunt causa quod causæ etiam justæ perdantur.
6. Qui cum adversa parte colludunt vel quovis modo suis clientibus sunt infideles, quod vel parti secreta revelent, vel utrique deserviant.

porro grave restitutionis jugum imminet



net advocatis in omnibus illis peccatis quę triplicem malitiam habent. Deum enim per juro & injustitia offendunt, judicem decipiunt aut decipere tentant: Clientes aut partem in bonis temporalibus lædunt: ita ut ex omni parte restitutionem damni temporalis, interdum etiam honoris & famę lesę obligentur.

## TITVLVS VNDECIMVS.

### *De Procuratoribus.*

#### Articulus Primus.

##### *De Procuratorum Obligatione & Peccatis.*

1. **P**ROCURATOR ad lites dicitur, qui nomine Clientis litem in iudicio contestatam prosequitur, & ad finem deducere conatur, in tali vero procuratore requiritur. 1. Idoneitas, quę consistit in eo ut non laboret aliquo defectu pro quo à iudicii actionibus repellatur. Nimirum: ut non sit mulier sed vir, non puer, non fatuus, aut furiosus, non infamis: sed habeat illas qualitates quas quęlibet Curia requirit. 2. Au-

Q 3

ctori-